



Refutatio Antichristi,

QUEM DESCRIBIT

*Bellarminus, & argumentis pro vi-
ribus confirmat, lib. 3. de Ro-
mano Pontifice.*



U ANQUAM obscurum esse ne-
mini, credo, potest, qui studiosus
veritatis diligenter, ad ea quæ in
Apocalypsi scripta sunt, attende-
rit; quin Pontifex Romanus, & ille summus
Antichristus sit, & ex quo tempore talis evase-
rit: tamen, ne caligo, quâ veritatem obruere
moliuntur Pontificii, vim oculorum cuiquam
retundat; operæ precium visum est, eam omnē
in tenues auras dissipare, ut deinceps puro ra-
dio Sol quemvis aspiciat.

Bellarminus hanc omnem quæstionē in no-
vem capita diducit. quorum primum, est de
nomine Antichristi. Secundum, an Antichristus
sit unus homo; an genus hominum. Tertium, de
tempore adventus, & morte eius. Quartum, de
nomine eius proprio. Quintum, ex quâ gente na-
sciturus sit, & à quib. præcipuè suscipiendus. Sex-
tum,

tum,